

tib⁹ rex ait puella. **P**ete a me
quod vis: et dabo tibi. **E**t iuravit
illi: quod quicquid petieris: dabo ti-
bi: licet dimidium regni mei.
Que cum exisset dixit matri sue.
Quid petam? **A**t illa dixit ei:
Caput iohannis baptiste. **C**umque
introisset: statim cum festinatione
ad regem petiuit dicens: **N**olo
ut pertinens des mihi in disco
caput iohannis baptiste. **E**t con-
tristatus est rex propter iuramentum
datum: et propter simul discubentes
noluit eam contristari: sed misso
spiculatore precepit afferri ca-
put iohannis in disco. **E**t decol-
lauit eum in carcere: et attulit ca-
put eius in disco: et dedit illud
puelle: et puella dedit matri sue.
Quo audito discipuli eius ve-
nerunt: et tulerunt corpus eius: et
posuerunt illud in monumento.
Oratio. In virtute tua domine leta-
bit iustus: et super salutare tuum ex-
ultabit vehementer: desiderium
anime eius tribuisti ei. **Secre.**
Minera tibi domine pro facti
martyris tui iohannis ba-
ptiste passione deferimus: quod
dum finit in terris: factus est ce-
lesti sede perpetuus: quod ut eius
obsecro nobis proficiat ad salu-
tem. **Psalmus.** Posuisti domine in ca-
pite eius coronam de lapide precioso.
Oratio. Conferat nobis **Postco-**
domine sancti iohannis bap-
tiste

ste vtraque solennitas: ut et ma-
gnifica sacra que summissimus:
significata veneremur: et in no-
bis potius edita gaudeamus
per. **In sancte sabine Oratio.**

O Deus qui inter cetera po-
tentie tue miracula etiam
in sexu fragili victoriam marty-
ri contulisti: concede propitius: ut
cuius natalitia colimus: pro eius
ad te exempla gradiamur. per.

Hostias tibi domine **Secre.**
habite sabine martyris tue
dicatas meritis: benignus assu-
me: et ad perpetuum nobis tribue
peruenire subsidium. **Psalmus.**

O Juui muneris largita/
te satiati: quod domine deus noster:
ut intercedete beata sabina mar-
tyre tua: in eius semper partici-
patione viuamus. **Psalmus.** **In sanctorum**
martyrum felicis et adaucti.

Sapientiam **Introi-**
sanctorum narrent populi: et
laudes eorum nunciet ec-
clesia: nomina autem
eorum viuent in seculum seculi. **Psalmus.**

Exultate iusti in domino: rectos de-
cet collaudatio. **V. Gloria.** **Oio.**

Miestatem tuam domine sup-
plices deprecamur: ut si-
cut nos iugiter sanctorum tuorum com-
memoratione letificas: ita semper
supplicatione defendas. **Per.**

Oratio. Justorum anime in manu dei
sunt: et non tanget illos tormentum.

A